

- 24 Sententia etiam retractata pro iudice tamen est præsumptio. Vel si lata sit, ex causa partium vera, partium falsa. n. 25.
- 26 Appellationis termino pendente, pro sententia est præsumptio.
- 27 Auctoritas iudicialia præsumi facit pro sententia iudicis alioquin indiscreti, & improbi. Nisi ex actis cause de iniustitia appareat. n. 28.
- 29 Metum respectu iudicis an pati qui est in carcere, dicatur.
- 30 Præsumptio que est pro iudice, & eius sententia, tollitur fortiori, & potentiori præsumptione. Eaque sunt temporis breuitas, n. 31. Vel si ex abrupto parte inaudita processerit. n. 32. Vel sententia contineat expressum errorem. n. 33. Vel de manifesta appareat iniustitia. n. 34. Vel si faciat aliquid aduersus maiorem suorum constitutiones. n. 35.
- 36 Appellatione a sententia interposita, pro sententia non præsumitur. Contraria afferitur opinio. n. 37.
- 38 Appellatione interposita, quoad aliqua præsumitur pro sententia, quoad aliqua verò minus. Et que sint illa. n. 39. 40. 41. 42. 43. & n. 44. secundum doctrinam Alciati.
- 45 Appellatione interposita in dubio semper pro sententia præsumitur, & que sit ratio. Quo autem casu non procedat. n. 46.
- 47 Sententia in iudicatum transita, magna pro ipsa est præsumptio, & quidem iuris, & de iure.
- 48 Res iudicata a lege pro veritate habetur.
- 49 Sententia de cuius nullitate manifesta apparet, nec in iudicatum transit, aut pro se habet præsumptionem.
- 50 Sententia quibus modis nulla appareat. n. 51. cum seq.

P R A E S U M P T. LXVII.

Decendum nunc est de præsumptionibus, quæ versantur circa gesta eius, qui principis locum obtinet, nempe de gestis iudicis. Porro quia solet à nostris dupliciter considerari hæc præsumptio, hoc est, una, quæ versatur circa rectitudinem facti, quam iustitiam appellamus. Altera quæ versatur circa solemnitatem gestorum, hoc est, quod rite processum sit, ea propter separatim de utraque agemus. Et hoc in loco explicabimus ea, quæ circa rectitudinem præsumi solent, & deinde de altera tractabimus subsequenti præsumptione. Hæc nostra tractatio aliquot distinctis, atq; propostis casibus explicanda est, sicuti multa tpa considerari solent. Et primum est ante latam sententiam. Secundo post latam sententiam, ante tñ interpositam appellationem. Tertium post interpositam appellationem. Quartum post ea quam sententia transiit in iudicatum. Quo itaq; ad primum tps dicimus, præsumi iudicem bonum, & quod recte agat quæ suo incumbunt muneris, & officio. l. 2. C. de offic. ciuili. iud. in illis verbis, quod non arbitramur. Quo quidem adductus censuit Bal. in l. vnic. in fi. Co. ne quis in sua cā iud. vel ius sibi dicat, præsumi, qd iudex inquitens iuste inquirat. Et dixit idem Bal. in l. 2. ex illo tex. ff. vbi pupil. educ. debeat, quod veritate suggesta iudicis, is faciet quod iustum, & honestum erit. Et idē Bal. in l. iudicamus. §. sane. col. vlt. vers. ego addo. C. de sacros. eccl. quod in quantum quis est iudex, & semper lex pro eo præsumit. Et post Cast. in conf. 270. lib. 2. scripsit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 1. Iudicis verba oportere referri ad ius ipsū, & ea impropria do, quia verisimile est talem fuisse iudicis mentē. Et scribit Dec. in l. vlt. in 17. C. de edicto diui Adr. tollen. quod præsumitur pro illo in possessionem a iudice, vt bona illa essent defuncti, cui de successisse is in possessionem inuissus. Qua de re scripsi in comment. de adipiscenda poss. ess. remed. quarto, n. 822. cum subsequētib. Et gñaliter præsumi pro iudice in his, quæ ad sui officii pertinent, scripsit Inn. in c. innotuit, de eo qui futim

ord. recep. quem secutus est Lucas de Penna in l. 3. col. 4. vers. 46. præsumitur. C. de apochis publ. lib. 10. Et huius præsumptionis ea est rō, quam senserunt qd. d. ca. quoniam contra. vbi Dec. n. 33. de prob. & Alciat. in d. præsumpt. 9. num. 1. vers. & facit, quod ad iudicandi munus eligi solent, & debet viri docti, eruditi, & spectatae probitatis. Vnde merito pro eis præsumitur. c. in nostra. de procurat. & c. nisi essent. de præben. Et dicimus iudicem esse virum bonum, l. vir bonus. ff. de iud. solui. & scripti in præiudiciis commentariorū. de arbitri. iud. Pro viro autē bono summa est præsumptio. l. nō omnes. §. a barbaris. ff. de remilit. & tradit Tiraq. in tract. de pœnis legum, & c. cā. §. 1. n. 34. & dicemus infra l. 6. præsum. Accedit & altera rō, quia iudex iuramentum præstat, quod ritē, & rectē iudicabit. l. vlt. C. ad l. rep. & in Auth. iusturandi, quod præstat ab his. in princ. Et nemo præsumitur immemor salutaris æternæ d. l. vlt. Est ergo præsumptio quod rectē suo functus sit officio, atque ita quod rectam protulerit sententiam. Extenditur primò, vt procedat, etiā si ipse iudex certo quodam mō sustinere videatur personā partis, sicuti quando de delicto inquiri. Et si enim inquirendo accusatoris personam sustinere videatur, nihilominus pro eo præsumitur. Ita egregie docuit Bald. in l. vnic. in fi. C. ne quis in sua causa iud. vel ius sibi dicat. Extenditur secundò vt procedat, & in iudice delegato. Bar. in l. 2. n. 26. si quis in ius vocat. non ierit. Bald. in c. cum in iure peritus. de offic. deleg. Soc. in tract. fall. reg. 362. in verbo, sententia. Guido Papa qu. 322. Dec. conf. 214. & 319. Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præsumptio illis in casibus, in quibus iudex regulariter non habet aliquam potestatem, nisi certo in casu, vel nisi certa ex causa. Nam tunc non præsumitur hæc causa in iudice, nisi illa probetur. Ita in specie declarat Alciat. in d. cā. præsumptione 9. num. 1. ex sententia Bart. in l. item si suspectus. ff. de procur. Soc. Sen. in conf. 91. lib. 1. & Mosder. in l. nemo pot. in primo notab. de leg. 1. Idem affirmarunt Ias. in l. 1. in princ. num. 6. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. Dec. in c. quæ in ecclesiarum. num. 28. de constit. & alij, quos statim commemorabo. Exemplū adferri posse vt ex sententia Alciat. in iudice, qui causas meri, & mixti imperij delegare non pot. nisi ex iustis, & legitimis causis, vt absentia. d. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, vel infirmitatis. c. si pro debilitate. de offi. deleg. si iudex delegat. has cās meri, & mixti imperij, & asserat se ob legitimum impedimentū delegare, pro eo nō præsumitur, vt ei fides adhibeatur. Ita scripserunt Ias. in d. l. 1. in princ. n. 6. ff. de offic. eius, & c. ibidem Iacob. Nigger. n. 122. Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum. n. 28. de constit. & in cap. cum sit Romana. in 3. notab. de appe. Qui quidē ea rōne moti sunt, quod qñ quis non pot. facere actū liberē, sed solū cum cā, ei non creditur, qd causa aduerit, ex l. si forte. ff. de Castri. pecul. Et ibidem Bart. annotauit, quod si quis non potest donare, nisi ex causa benemeritorum, non ei creditur bene merita extare. Et similia tradunt Ias. in prælud. feudorum, num. 89. & Dec. in l. si donatione. n. 8. C. de collat. Ceterū hoc exemplum habet maximam dubitationem, cum a Iafone, Decio, & Nigro dissentiant ceteri omnes, vt cōem esse asserit aduersum eos idem Decius in d. l. 1. in princ. nu. 69. de offic. eius, qui & ipse eam probauit, & alios prope innumeros congesti in commentar. de arbitrar. iudicium, & c. q. 76. n. 45. Quib. non obstat illa regula. si forte. ff. de castri. pecul. quia prætermissa Decij, & aliorum responsione facile respondetur, illam non procedere in his, quæ sunt modici præiudici. Ita declarat Abb. in cap. vltim. nu. 2. de probat. At in casu huius exempli deue est præiudicium, qñ causa alteri demandat, vt scripsit Alex. in d. l. 1. in princ. nu. 56. ff. de offic. eius, ergo, & c. Cōprobat

batur ex doctrina Card. in c. si Albericus de testib. dum dixit, Episcopo ordinanti clericum aliena diocesis credi, si asserit se de ordinarij licentia ordinasse, ex quo de leui p. iudicio agitur. Præterea respondetur, d. l. si forte, procedere, qñ actus sit in præiudicium tertij reclamatis. Si enim ille acquiesceret, sine dubio asserenti crederetur, cum agatur de commodo eius, qui acquiescit, cui sanè commodo potuit renunciare. l. penult. C. de patris. Ita dictam l. si forte declarauit Crau. in tract. de antiq. temp. in secunda par. principali, nu. 2. Cum itaque in casu huius delegationis nil ad litigantes pertineat, quod causa magis ab vno quā ab altero iusto, & a quo iudice dirimatur, non est quod cogeri possint. Si quid enim est, quod ad aliquem pertineat, ad principem certē pertinet, qui magistratum illum elegit. Cum autē ipse princeps illius personam approbauerit, ei quoque fidem adhibere dicitur, quod non nisi iustis de causis delegabit. argum. l. vnic. vers. sic. crediderit. ff. de offic. Præf. I. Prætor. sequitur ex his iudici ita asserenti esse credendum, atque ita pro eo præsumitur. Rectius itaque ex plurim adferri potest in iudice qui asserit se iustam ob causam detulisse iuramentum suppletium probationū, non enim ei creditur eum aduuisse ita deferendi, vt scribit Iason in repe. l. a nonendi. col. 7. vers. quāto an stetur. ff. de iureiurand. Aliud quoq; est exemplum in iudice, qui non nisi ex causa enitandi scandali sequerare potest fructus, non creditur iudici quod ea de cā motus, sequerstrum concesserit. Ita scripserunt Ange. in confil. 107. Iacobellus. in fine. & Dec. in confil. 366. col. pen. Hæc declaratio confirmatur a fortiori ex his, quæ scripsi supra vbi dixi, non etiam credi principi, cum aliquid facere non potest, nisi ex causa. Declaratur secundò, vt non habeat locum hæc præsumptio in iudice, qui facit ea, quæ ad suum officium non pertinent. Nam tunc pro eo nō præsumitur. Ita de clarat Alciat. in d. præsumpt. 9. in fine. ex sententia Bald. Aret. Fel. & Decij in c. post cessionem. de probat. ac Baldi in rub. Co. de fide instrum. n. 38. vers. secundū supplementū, adducti ex capit. significauit. de appel. Est simile quod dicimus de nuncio, pro quo non præsumitur in his, quæ sunt extra officium suum, c. cum parati, de appel. & dicemus infra. Ita quoque dicimus non credi libris, & mercatorum vltra causam suarum negotiationum, vt scribunt Bald. in l. vl. C. ad S. C. Macedon. & Ias. in l. age. cum Gemina no. nu. 4. C. de tranfact. & scripsi libr. 2. de arbitrar. iudicium. Ea est huius declarationis ratio (inquit præcitato in loco Alciatus) quia iudex si aliquid agens extra suū officium, habetur pro priuato, & ei potest impunè resisti. l. 2. ff. de appe. recip. & l. de fensioib. Co. de iure fisci. lib. 10. & scribunt Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & ibidē Dec. Claudius de Seyfel. in l. lect. n. 27. & in rep. nu. 48. & ibidem nouissimè eruditil. Rimin. lun. n. 272. multis comprobatur, & scripsi in comment. de recup. possessio ne, remed. 5. Declaratur tertio, vt non habeat locum, quando iudex si aliquid in solutum facit. Nam tunc pro eo nō præsumitur. Ita in specie respondit Crau. conf. 103. n. 11. Et ideo dicimus, quod si iudex si sub insolita pœna aliquē citari iubeat, impunè sperni potest præceptum, vt tradunt omnes in l. 1. si videtur. ff. si quis iud. nō obtēp. Brun. in conf. 87. n. 41. & Neu. in conf. 61. n. 15. quod intelligitur etiam si præceptum sit factū motu proprio ipsius iudicis, vt post Bal. in l. fideicommissa. §. si seruo. de le. 3. respondit Rolan. in conf. 39. n. 28. lib. 1. Declaratur quarto, vt non procedat hæc præsumptio in iudice si ignaro, & literis carente, quem pedancū vulgo appellant. Nā pro eo non præsumitur. Ita Bal. in l. tu tores. ff. de constit. tyt. & Mat. in sing. 438. & dicemus infra vbi agemus, qñ præsumatur pro decreto a iudice in

terposito. Hinc cessat illa ratio, ob quā pro iudice præsumitur, nempe peritia, & eruditio. Cū illi tantum præsumatur idonei iudices, qui eruditi sunt, & rerum experientiam habent, licet c. de iud. c. & in authen. de iudicib. in princ. & tradit Lucas de Penna in l. 3. col. 6. vers. sic. l. 24. præsumpt. C. de apochis publ. lib. 10. Declaratur quinto, vt non habeat locum prædicta præsumptio in iudice, qui nō fuit bene informatus, & edoctus de negotio. Ita respondit Bal. in conf. 375. li. 4. quem secuti sunt Alciat. in d. tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 10. n. 9. & Ant. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de sententijs, concl. 6. in fi. Scdm est tps, vel secundus casus huius nostre disputationis, qñ. s. a iudice lata fuit sententia. Hoc sanè casu multo magis quā superiore præsumitur pro ipso iudice, eiusq; in i. l. Herennius. §. Caia. ff. de euct. & scribit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 9. n. 2. & alij plures congesti ab Ant. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de sent. conclus. 6. nu. 1. Et hæc quidē præsumptio locum habet magis, qñ lata sunt plures sententia, vt puta tres. Nam tunc præsumptio est intris, & de iure, quod iuste lata fuerint. Ita Bar. in conf. 100. A. D. Dyno. lib. 1. quem secutus est Dec. in conf. 385. col. 2. in fi. & hinc statuit Clemens Pōtifex Max. in Clem. 1. de sen. & re iud. trium sententiarū conformium executionem impediri non posse. Extenditur primò, vt procedat hæc præsumptio, etiā in sententia excommunicationis, etsi in iudicatu non transeat, attamen pro ea præsumitur. Ita Innoc. in c. bona memoria. n. 8. de elect. & in c. quoniam contra. in fi. de probat. & ibid. Fel. n. 22. in fi. Extenditur secundò, vt procedat etiam si deinde sententia ipsa retractetur. Nam adhuc præsumptio est pro iudice, quod. si nil per fraudem egerit. Ita probat ca. cū olim. il. 2. de priuileg. vbi gl. antep. & in c. cum Ioannes. de fid. instr. & scripsit Alciat. in d. præsumpt. 9. num. 1. vers. sic. & præterea. Extenditur tertio, vt procedat, etiam si sententia lata sit ex causa partim vera, & partim falsa. Nam adhuc pro ipsa sententia præsumitur. Cum sententia ex causa vera sustineatur, vt scribit Innoc. in c. in præsentia. de renun. Alex. in conf. 114. li. 6. & alij multi congesti a Tiraq. in tract. q. cessante cā cesset effectus, lim. 22. n. 6. qui bus addo Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præf. 35. nu. 5. vers. 4. adde, si ergo ex cā vera sustinetur sententia, in de etiam sequitur, quod pro ea sit præsumptio. Extenditur quarto, vt procedat etiam pendente tertio mino ad appelladum. Nam adhuc pro ipsa sententia præsumitur. Ita Abb. in c. qm contra. col. 9. vers. in 2. membro. de probat. & ibi Felyn. num. 22. vers. 2. conclusio. & Dec. nu. 33. vers. secundò Abb. concludit. Fel. in c. 1. col. vlt. vers. non placet. de off. ord. & hos secutus est Ant. Gabr. in d. concl. 6. n. 20. Extenditur quinto, vt procedat etiam iudice alioqui indiscreto atque improbo. Nam adhuc pro eius sententia præsumitur, & ob iudicialiam auctoritatem. Ita scribunt Bald. in c. sicut. de re iud. ex illo tex. Ias. in l. paca nouissima. in 3. notab. C. de pact. Dec. in capit. quoniam contra. nu. 33. vers. & ad hoc etiam. de probat. Alciat. in tract. de præsumptionib. regu. 3. præsumpt. 9. nu. 6. Purpu. in l. 1. num. 24. de iurisd. omni. iud. Quam tamen traditionem intelligit Alciat. præcitato in loco, n. 6. vers. secundolimitatur, nisi concurrat aliqua alia coniectura, vt si ex actis constaret, qd in ea cā commisit aliquā iniustitiā. Nā tunc quoad eā cām præsumptio non erit, pro ipso iudice. Ita intelligit Alciat. doctrinā Host. & Inn. in c. accedens. il primo, vt lite non contest. Confert, quod licet ille, qui est in carcere, non dicatur pati metū respectu iudicis, vt tradunt gl. & Doct. in l. qui accusationis. C. de his quæ vi metusue caus. & Bal. in l. si quis hoc genus. C. de episc. & cler. Attamen non procedit in his iudicibus, Tomus Primus O 3 dicibus,

dicibus, & Potestatibus oppidorum atq. villarum, qui habent vultum terribilem, & solent metum incutere. Ita Io. Andr. in c. quia pp. de elect. Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iuram. firm. Abbas in c. cum dilectus, quod metus cā, qui idem affirmant in principe, qui solet talia committere. Et ita intelligitur gl. in cap. conuenior. in verb. morere. 2. q. 8. Et de his iudicibus Prætoribus, alijsq. publicis officia gerentibus intelligendus est text. l. nemiñe. C. de suscept. & arc. lib. 10. cum ait præsumi voracitate, & fraudem in his officialibus. Et de his loquitur glo. in l. defensionis. in verbo, ad vsurpationem. C. de iure fisci. li. 10. cum inquit, quod ij officiales plura mala sciunt, & committunt quam alij. Et cōfert tex. in §. nec lateat nos. in auth. vt omnes obed. iud. provin. dum dixit Iust. sole re aliquos iudicantes plus de ferre partibus, quam iustitię. Declaratur nunc primò hic casus, vt locum non habeat, ¶ quando aduersus iudicē vrgeret aliqua fortior, atque potentior præsumptio. Ita declarat Alc. in d. tracta. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 9. num. 8. Exemplum adfert ille, quando ex temporis breuitate conijceretur, quod non adhibuit causā cognitionem. Nam tunc pro ipso iudice non præsumitur. Ita Bart. in l. prolatam. in fine. C. de sent. & interlocut. omn. iud. Alex. in conf. 2. 1. 8. num. 9. lib. 2. l. in l. mandata. num. 6. ff. de officio eius. in l. 2. §. Prætor ait. ff. de in ius vocan. & in l. iudices. num. 8. C. de iudicijs, qui quatuor similibus comprobant. Felin. in c. quoniam contra. num. 33. versic. secundo declara. Socin. Sen. in conf. 2. 44. col. 4. in fine, libro 2. in consil. 1. 2. 1. num. 3. lib. 3. & in consil. 57. num. 7. lib. 4. Dec. in l. 2. numer. 36. C. de eden. & in conf. 296. in fin. & idem in consil. 544. n. 28. qui idem esse dixit in sententia Summi Pontificis, vel Cæsaris, pro qua non præsumeretur, ob temporis breuitatem. Mar. in l. statuliber. num. 9. ff. de quæst. & in pract. criminali. §. nunc videndum. num. 32. & eiusdem opinionis alios commemorat Anton. Gabriel. in suis conclusionibus, lib. 2. tit. de sententijs. conclus. 5. num. 3. 4. & conclus. 6. num. 3. quo loci nume. 15. intelligit, & declarat ex sententia Crauet. in consil. 179. col. 1. nisi verisimile sit, quod in ea temporis breuitate potuerit is iudex esse de cā ipsa instructus. Idem quando lata hæc sententia intra tam breue tps non fuit appellatum à condemnato, quo præsentem renunciatū fuit. Ita Gabriel. in d. conclus. 6. nume. 18. ex traditione Lapi alleg. 28. versic. hæc vera. Butrij in d. ca. quoniam contra. col. pen. versic. quod est verum. de probat. & ibidē Aret. in fi. Imol. col. pen. versic. item adde. Fel. n. 33. versic. secundo declara. & Rui. in conf. 135. col. vlt. versic. nõ obstat postremo. lib. 5. Adfert & secundum huius declarationis exemplum Alc. in d. præsumpt. 9. nume. 8. quando iudex ¶ ex abrupto parte non audita, processit. Nam tunc (ait Alc.) pro ipso iudice non præsumitur. Ita Bald. in ca. 1. n. 10. versic. & quia. de in uelutur in maritū facta. Card. in conf. 139. col. 4. versic. & sic hæc vera. Abb. in c. quinta. uallis. n. 45. de iure iur. Soc. Sen. in conf. 87. n. 7. li. 4. quidum de arbitro, & arbitratore hoc affirmant, & de quibus vberius infra præsumpt. 76. à fortiori idem sentiunt de iudice, qui magis à lege arctatur obseruare iudicium ordinem. Et pro iudice non obseruante ordinem iudicij non esse præsumendum, scripsit Bald. in l. fancimus. nu. 19. C. de iudicijs, & ibidem sequitur Iacobi. a S. Georgio, & idem scriptum reliquit Mar. in singul. 354. In dubio præsumitur. Tertium exemplum huius declarationis adfert Alc. in d. præsumpt. 9. n. 8. in sententia, quę ¶ continet expressum errorem. Nam tunc pro ea non præsumitur, vt probatur in l. si expressim. ff. de appell. & in c. cum inter. de sent. & re iud. & dicemus infra. Quartum est exemplum secundum Alciat. in dic. præsumpt. 9. num. 10. in sententia, de ¶ cuius iniustitia aperte cōstat. Nam tunc præsumptio pro ea omninò cessat. cap. sollicitudinem. §. si verò. de app. & ca. inter cetera. de sent. &

re iud. & scribunt. Fel. in c. quoniam contra. n. 25. de probat. & dicemus in quarto casu huius præsumptionis. Quintum exemplum est, secundum Alciat. in d. præsumpt. 9. n. 10. post Rot. dec. 1. tit. de prob. in notis, qui iudex tali quid egit aduersus constitutiones maiorum suorum, vt in ordinario, qui scribit contra breue apostolicū, & afferit se prius contulisse beneficium quā Pont. vel exequutor eius. Nā tunc nõ præsumitur pro eo. Idē sentit Abb. in c. post cessionem. col. 7. versic. 3. dico. de probat. Tertium est tps, seu casus huius disputationis, quā à lata sententia fuit appellatum. Hoc in casu, an pro ipsa sententia præsumatur, dubium est non leue. Nā tres sunt Doctorum opinioniones. Prima est, quod non ¶ præsumitur pro sententia. Ita tradunt gl. in c. dilectis filijs. de appe. Innoc. in c. præsentia. de renunc. in c. bonæ memoriæ. num. 8. de elec. & idem in c. quoniam contra. in fine. de probat. & ibidem Abb. versic. prædicta omnia procedunt. Aret. colum. vlt. versic. & quia superius dictum est. Fel. n. 21. & ibi quoque Paris. de prob. l. in cōf. 88. n. 3. li. 1. & alij plures, quos recenset, & probat Ant. Gabr. in prædictis suis conclusionibus, lib. 2. in tit. de sent. conclus. 4. numer. 3. 1. & conclus. 6. nu. 23. Et hanc esse communem opinionem asseruit Dec. in d. ca. quoniam contra. num. 33. de probat. Et ij quidem adducti sunt ex text. in §. illud quoque. in Auth. de ijs, qui ingred. ad appe. in c. quoniam contra. de prob. in c. cum ad sedem. de resit. spol. & in c. cū inter. de re iud. Ea quoque ratione vsi sunt, quod appellatio suspendit, imò extinguit iudicatum virtutem. l. 1. §. vlt. ff. ad S. C. Turpil. Secunda est opinio, quod imò adhuc ¶ præsumatur pro sententia, pendente ipsa appellatione. Quia quidem in opinione fuerunt Imol. in c. in presentia. de renun. Bal. & Castr. in l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inoff. test. Abb. in ca. causam quę in secūdo notab. de re iud. Dec. in d. c. quoniam contra. n. 33. de probat. qui octo argumentis hanc tueri conatur. & idem Dec. in rubr. de appell. n. 8. Tertia fuit opinio eruditissimi Alciati in tracta. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 9. n. 4. qui distinguit, quod ¶ quoad aliqua nõ præsumitur pro sententia pendente appellatione. quoad aliqua etiam præsumitur. Et primo non præsumitur ¶ pro sententia pendente appellatione, vt illa præsumptio, quę extabat ante interpositam appellationem, & transferat onus probandi in aduersarium, etiā transferat post appellationē. Verè. n. post appellationem interpositam cessat iste effectus. Ita tradunt Abb. in c. in presentia. nu. 15. de renunc. Bald. in c. cum super. n. 4. versic. tu dic. de sent. & re iud. Et manifestè hoc probat text. in d. §. illud. in Authen. de ijs qui ingred. ad appe. Ea est ratio, quia iste, qui sententiā pro se obtinuit, non dicitur muneris suo satisfecisse, dū sua ipsam intentionem in ea prima instantia non probauit. Nec sententiā quam obtinuit, suppleri potest hūc probationis defectum. Id quod sentit & Dec. in d. c. quoniam contra. n. 33. versic. vltimo non obstat. Secundo non præsumitur ¶ pro sententia pendente appellatione, quoad effectum executionis. Non enim exequi potest illa sententia, cum eius effectus suspendatur per appellationē. Ita loquitur tex. d. l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turp. Et ita intelligunt Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 33. versic. non obstat, quod appellatio. de probat. Quo verò ad alia multa, ad huc pro sententia, pendente appellatione, præsumitur. Et primò quoad eum effectum, ¶ vt qui sententiā obtinuit, consequi possit alimēta, & litis impensam, si aliunde non habet, vt probat tex. l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inoff. test. quę sic ad rem nostram interpretati sunt Dec. in d. cap. quoniam contra. num. 33. versic. 4. facit. de probat. & Alciat. in reg. 3. præsumpt. 9. numer. 5. late Didac. lib. pract. q. cap. 6. nu. 5. Et subiungit Alci. hoc esse generaliter verum in quouis litigante super bonis, quę præterdit esse communia, vel

nia, vel in totum ad se pertinere. Quia de re scripti in commentarijs de arbitrar. iud. lib. 1. q. 32. Secundo effectum ¶ hanc parit sententia etiam pendente appellatione, ¶ vt tractus sequestrari possint, vt probat tex. in cle. 1. de sequestr. post. & fructuum, & in specie annotarunt Alc. in d. præsumpt. 9. nu. 5. versic. alius effectus, & Did. d. lib. pract. q. cap. 6. num. 5. propè finem. Tertio sententia pendente appellatione præsumptionem pro se habet, quoad effectum teorum, quę erant iudici arbitraria. Non enim eorum effectum appellatio suspendit. Ita scripsit Alc. præcitato in loco ex sententia Inn. in c. quoad consultationem. de sent. & re iudic. qui tamen vix ad rem hanc considerari potest. Ego alia ratione existimo veram hanc traditionem. Ea inquam ratione, quod nulla interponi potuit appellatio aduersus ea, quę pro suo arbitrio iudex facere potuit, vt scripsi in comment. de arbitr. iudic. Quarto ¶ sententia lata in iudicio possessorio, & admissa appellatione per statutum, operatur quidem appellatio effectum deuolutionum, non tamen suspendit executionem missionis in possessionem, vt scripsi in comment. de adipsic. possess. rem. 4. num. 838. Et hoc in casu procedit secunda illa opinio Baldi, Imolæ, Decij, & aliorum. Hęc Alc. distinctio, & doctrina procedit, quoad casus ita à lege ipsa diffinitos. At quando sumus verè in dubio, dicendum est, ¶ præsumi pro sententia, tamen si interposita sit appellatio, vt probat tex. in c. in presentia, de renunc. cum ait semper præsumi pro sententia, donec aliquid probetur in contrarium, & manifestè etiā probat c. bonæ. il primo. de elect. ibi erat interposita appellatio, & tamen dicitur præsumi pro iudice, nisi notoriè constet de eius iniustitia. Et huius traditionis ratio est, quia negari non potest, quin etiam post appellationem interpositam, sit sententia iudicis, de quo confidit lex. d. l. 2. C. de off. iud. Et præsumptio quę à qualitate ipsius personę iudicis ducitur, concomitat semper eius factum, donec euidenter probetur iniuste factum. Et hoc etiam in casu procedit illa secunda opinio Baldi. Imol. Dec. & sequacium. Declaratur hic casus, vt non procedat, quando ¶ lata fuit sententia de his, quę erant in arbitrio iudicis. Nam tunc si condemnatus appellat, ipse debet probare. Ita in specie declarat Felin. in d. c. quoniam contra. num. 21. versic. hanc conclusionem. Quartum est tempus, seu quartus huius nostre disputationis casus, quando iam lata sententia ¶ transiit in iudicatum. Hoc sanè casu maximè præsumitur pro ipsa sententia. Ita scribunt omnes in d. c. quoniam contra. de probat. vbi Imol. Fel. num. 23. Dec. num. 34. & Bero. qui quidem affirmant hanc esse præsumptionem iuris, & de iure. Cum ¶ res iudicata à lege habeatur pro veritate, l. in genuum. ff. de statu hom. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & in c. quoad consultationem. extra eo. Ex quo intelligimus quantum differat hic quartus casus à precedenti, hoc sanè in casu non admittitur contraria probatio, sicuti fert natura ipsius præsumptionis iuris, & de iure, vt diximus sup. lib. 1. q. 5. Et tamè præsumptio precedentis casus, cum sit iuris tantū, contrariam præsumptionem admittit. Hic casus multò magis procedit in re iudicata antiqua. Ita Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 34. post Alex. in conf. 30. lib. 5. & Barb. in conf. 46. lib. 1. Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, ¶ quando ¶ sententia est nulla, & de eius nullitate manifestè apparet. Dicitur autem multis in casibus apparere, vt explicat post alios Dec. in d. c. quoniam contra. n. 35. Et summam casus illos hic recenset. Primus est, quando error ¶ cōtra ius scriptum expressus legitur in ipsa sententia. Ita Dec. prædicto in loco, qui declarat. Et præter Doctor. ab eo commemoratos

idem scripserunt Alex. in conf. 75. num. 4. lib. 5. & Mod. apostil. ibid. Secundus est casus, quando ¶ notoriè constat de iniustitia sententię. Nam & tunc dicitur nulla. Ita dicunt interpretes nostri manifestam iniustitiā nullitati æquiparari. Ita sanè scribunt Dec. in d. cap. quoniam contra. num. 36. & in c. nouit. num. 12. de iud. Tertius est casus, quando ¶ apparet de errore iudicis, per relationem ad acta, vt si dicat esse probatum per Caium, & Sempronium testes, qui tamen nihil eo de negotio attestentur. Nam tunc error iste manifestus efficit, ne sententia dicatur transiisse in iudicatum. Ita ex aliorum sententia tradunt Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 37. de prob. Afflic. decis. 47. num. 3. & copiosè Vantius in tract. de nullitatibus, in tit. de nullitate ex defectu processus, num. 129. Et ij quidem intelligunt procedere hunc casum, quando iudex per modum causę se retulit ad acta, secus verò si generaliter, & enunciatiuè, vt si diceret, visis actis &c. Ita etiam quando in ipsa sententia fuit expressa causa, & ratio, vel mala vel inepta, vt post alios tradunt Dec. in conf. 37. num. 6. versic. quia potest responderi, & Crauet. de antiq. tempor. in quarta parte princip. in secunda particul. quę incipit. Absolutis differentijs. num. 62. Quartus est casus, quando ¶ cōdemnatus fuit de facto admissus ad probandum de iniquitate sententię. Ita post multos docuit Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 38. de probat. Qui quidem intelligit, quando fuit admissus aduersario non contradicente. Et præterea quando admissus fuit à competenti iudice. Et rursus intelligit, nisi iudex eam admissionem reuocet, quam quidem reuocationem facere posse ille existimauit, ob id quod admissio illa interlocutoria est, quę reuocari à iudice potest, l. quod iussit, vbi omnes, ff. de re iud. Quintus est casus, ¶ quando is qui obtinuit sententiā remque iudicatam, fatetur illam iniquam, & iniuste latam. Nam tunc cessat omnis præsumptio, quę ex iudicatio oritur. Ita Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 39. de probat. & idem in c. nouit. de iud. Et illi accedunt Socin. in l. 1. in fi. ff. de except. rei iud. Iason in l. si duo patroni. §. idem Iulian. num. 8. ff. de iure iur. in l. si seruus plurium. §. 1. num. 6. de leg. 1. & in l. cum te. nu. 8. C. de transact. Quo circa retractari potest hoc iudicatum. Imò poterit is victor compelli censura ecclesiastica, vt damnatum illum liberet, perpetuumq. imponat silentium. Ita egregiè Innocent. in cap. vlt. de maior. & obediens. & Bald. in l. si quis in situatur. §. sed si sub conditione. in fin. ff. de hæred. institut. & in Authen. ad hæc. col. pen. C. de iudicijs. Et hic casus procedit etiam in confessione facta. Ita in specie Aret. in dict. cap. quoniam contra. num. 15. de probat. ex sententia Bart. in l. absentem. in fin. ff. de pennis. & Bald. in l. non ignorat. colum. 5. C. qui accusat. non poss. cum dicunt, aduersus præsumptionem iuris, & de iure, admitti probationem ex confessione facta, quæ de re scripti superiore lib. quæst. 62. Hic autem casus intelligitur, quando is, qui obtinuit iudicatum, fatetur ad sui præiudicium, & detrimentum, latam fuisse iniustam sententiā, secus si ad sui commodum, & alterius damnnum id fuisse confessus, vt puta, si hæres dicat legatarijs, se iniquè obtinuisse sententiā, ob fauores, amicitias, vel iudicis corruptionem, & hoc vt euitet onus legatorum. Nam tunc non adhibetur fides huic confessioni. Ita probat l. si seruus plurium, §. si hæreditatis. de lega. 1. vbi Bald. in specie annotauit, & secuti sunt Socin. in l. si à te. num. 10. ff. de except. rei iud. & Iason in l. stipulatio ista. §. si quis fortè. in fine. & in l. qui Roma. §. duo fratres. num. 50. ff. de verb. oblig.